



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

IANVARIVS.

tredecim candidum pudoris florem, sanguinis sui purpurâ pinxit. Ex Annal. & Vita.

XXI.

Eodem honore gaudet *ad RVRAM S. HILDEGERMVS* senior, qui opere, ac sermone potens, spiritu planè Apostolico, per *Marchiam, Ravenspurgum, Cluiam, Theisderbandiam, vicinâsque Prouincias*, deletis idolorum templis, Christianæ veritatis lumen circumtulit, animarumque manipulis grauis, inflammatum Deo Spiritum reddidit, *Apostolicâ coronâ æternum coronandus*, ex P. Canis. Mart. Perar. Annal.

XXI.

SUSATVM quoque *MARCHIÆ non ignobilis* Vrbs sancto suo Martyre *PATROCLO* triumphat è Trecensium primâ nobilitate oriundo, qui *Cesare Aureliano* imperante, omni virtutum genere, sed vel maximè *salutis animarum* Euangelijque inter idololatrias predicandi studio memorandus, quo eius zelo Fidei furore accensus Tyrannus post compedes, ollas, pice feruentes, aliâque exquisita tormenta Martyri incassum illata, *cervice eundem abscissa perire iussit*.

B.

forte